

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virginitas o
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Virginitas o:

Pulcritudinem quis potest maiorem estimare
decore uirginis que amatur a rege, probatur
a iudice, dedicatur domino, consecratur Deo?

Ambrosius libro de uirginitate.

Fons proximus:

Unde et Ambrosius dicit, in libro *de Virginit.*:
*Pulchritudinem quis potest maiorem aestimare
decore virginis, quae amatur a Rege, probatur
a Iudice, dedicatur Domino, consecratur Deo?*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 152.5 (P. Caramello ed., p.659).

Fons primus:

*Pulchritudinem uero quis potest maiorem
aestimare decore eius quae amatur a rege, probatur
a iudice, dicatur domino, consecratur deo,*
semper sponsa, semper innupta, ut nec amor finem
habeat nec damnum pudor?

Ambrosius Mediolanensis, *De uirginibus*, 1.37 (F.
Gori ed., p.138).